

~~Bispa~~

1557

~~de Malacca et de Macao~~

~~Pingora danhien~~

1567 e 1570

Sec. Orientē — Dec. 2 ~~(a)~~ — Carlos de
Rio Va S. Jaspur, Arcebispo de Goa: na 1.^a
dei poderes para dispensar em causas
matrimoniaes; na 2.^a examina os deu
tos do Concilio Provincial — extende o Cre
de ao mesmo pastoral — e no con
fin nas Missões os Dominica—
nos, Franciscanos e jesuitas —

Gaspari Archiepiscopo Joano Episs. 18. lib.

Argumentum:

1567
Nov

De Sacri Concilij Tridentini Decretis ab se in
Indiam transmissis: De iniuncto sibi summi
Pontificij officio, vicem suam dolendam potius
quam gratulandam ostendit: Celestiam Dei
in India crescere, et propagari letatur: Car-
dinalis Portugallie pietatis Studium commen-
dat: Antistitem, pastoralis cura se eximi po-
tulantem, confirmat in officio, et exemplo
suo consolatur: Dispensandi ritus in causis
conjugaliis, et certis diebus sacrae Indulgen-
tias largiendi, tribuit facultatem. Vide
lib. 3. cap. 5. Vitz. Eij quinti, et lib. 6. cap. 11.

Venerabili Patri nostro Gaspari Archiepi-
scopo Joano.

Venerabilij Patri salutem, et Apostolicam Bene-
dictionem. Peruenisse ad Te litteras nostras
una cum volumine Decretorum Sacri Concilij
Tridentini, libenter ex tuis litteris cognovimus.
De iniuncto nobis officio, quod nobis alio-
rum more gratularij Paternitas tua vicem
nostram potius dolere debet: Sustinemus
enim onus, et meritis, et viribus nostris longe

impar: Sed non deficimus animo in vobis,
vique laboribus, de Domini misericordia
confisi, qui eos, qui laborant, et onerati
sunt confugientes ad se, non deserit. Gratum
nobis fuit, quod de statu istius Province
nos breuiter ceteros fecisset. non sine maxi-
ma consolatione intelleximus, auctam esse
Ecclesiam Catholicam, vobis Gentilium milli-
bus ad Christi fidem conuersis, et quotannis
nouorum filiorum accessione crescere. Bene-
dictus Deus, qui vobis, et vobis, ac vobis
disiunctas Nationes, in tenebris ambulantes
respicere, et illuminare dignatus est. Sicut
languemus, et assidue deploramus Ecclesie
damna, que in Europa propter Lutherana
et alias Haresum pestes fecit vobis
eiusdem incrementis in istis Orbis terrarum
Partibus gaudemus, atque letamur. Illud
optandum esset, pro magnitudine vestri
operariorum copiam supplicare. Quod dile-
ctum Filium nostrum Henricum Loru-
gallie Cardinalem Laudas, cuius diligentia
scribis officium Inquisitionis Archiepiscopi

Pauli

Leuitatis apud nos uigere, cuiusque uigi-
lantia multum, et saepe profectum fuisse, li-
benter agnouimus eius insignem, ac presidendam
Catholicæ Fidei, ac Religionis Zelum: nec du-
bium habemus, quin is pro sua pietate, bibe-
re, et reliquis istarum Partium Episcopis quid
quid potuit opis, et auxilij ad colendam, et
augendam istam Vineæ Dominicæ partem,
studiosè, et antea uulerit, et semper labu-
rus sit. Ad quod eum, quamquam curren-
tem, ut dicitur, nostra ipsi quoquehorta-
tione incitabimus. scelerum quod commemo-
ratis Laboribus, et molestijs suis liberati
se ab onere Archiepiscopatus suppliciter
admodum poscunt, desiderio tuo satisfac-
ere minimè expedire putamus: pro Paterna
quidem charitate uolemus, ut ista aetate
vost. Laboribus fatigari, vos periculis obno-
xiam esse: sed memento, Pater, per mul-
tas tribulationes necesse esse in caelestem
nos Patriam peruenire. Non est dese-
renda Scythia, in qua Dominus nos con-
stitueret statuit. Non non putas in vos

sanctisque occupationibus, curis, et mo-
stis, quibus pro suscepto hoc munere inde-
sinenter fatigamur, nos quoque interdum
pædere uita, et optabiliorem nobis uideri
illum pristinum statum nostrum? Sed iu-
gum, quod Dominus ferre non uoluit, non
excubiendum nobis, sed ferendum forti-
animo esse stabuimus, quoad ei placuerit
his nos uinculis corporis exsoluere, ac libe-
rare. Repone tu quoque cogitationem
istam: et ad quod officium inuitus, ut scri-
bis, uocabus fuisi; in eo obsequium, et fi-
dem tuam Dominus probare persueua, pro
istis breuibus laboribus æternum tibi præ-
mium crediduro. Quod nos hortatus es, ad
concedendum istarum partium Episcopis fa-
cultatem dispensandi cum his, qui Ma-
trimonia inter se in gradibus à Jure pro-
hibitis contraxerunt, uel in posterum
contrahere contigerit. Nos saluti ani-
marum consulere uolentes, et confide-
rantes quam difficile sit, ac longum,
ex tam remotis orbis terrarum partibus
ab

ab Apostolica Sede huiusmodi absolu-
tiones, et dispensationes petere, facultatem
eam duximus esse concedendam, sicut
ex alijs nobis litteris intelliges. Potesta-
tem etiam Tibi, et Episcopis tuis, ac suc-
cessoribus vestris, largiendi Christi Fide-
lium quotannis, Festis diebus quibusdam ma-
ximè solemnibus, Indulgentias quasdam
dedimus. Cuius concessionis quoque litteras
ad te, una cum his litteris, mitti iussimus.
Antitodum illud, quod ad nos te misisse
scribis, nondum acceperamus. Id gratum
futurum est nobis, non quia opus eo no-
bis, non quia opus eo nobis futurum
esse putemus, sed quia tale bene erga
nos charitatis indicium non potest no-
bis non esse vehementer gratum. Da-
tum Romæ, apud Sanctum Petrum
sub Annulo Piscatoris die 7. Octobris
1567. Pontificatus nostri Anno
Secundo.

Eidem Gaspari Archiepiscopo
Episc. S. R. Lib. 3.º

1570
Cic V

Argumentum.

Provincialis concilij Joani Decretis examina-
minanda, et quatenus opus sit appro-
banda, librumque ad se missum liben-
ter accepisse nuntiatur: Archiepiscopum,
ut Pastoralis officio suo strenue fungi
pergat hortatur: Fratres Dominicanos,
Franciscanosque, et Jesuitas in Infidelium
conversione laborantes confirmat. Vide
librum 3. cap. 5. Vitz Lij quinti.

Ven. Fratri Archiepiscopo Joani.

Venerabilij Frater salutem, et Apostolicam
Benedictionem. Provinciale concilium
in ista civitate a Fraternitate tua cele-
bratum, eiusque librum ad nos missum li-
benter accepimus, teque hoc tam pro Ecce-
sias vitz, Disciplinz, uel corrigendz, uel
conseruandz, tamque necessario functum
esse officio, uehementer in Domino gauisi-
sumus: Studium tuum, operam, diligen-
tiam, Religionisque catholice zelum,
tuum in conuertendis ad uerum omnipo-
tentis Dei cultum Infidelibus, tum in
his

his, qui conuersi sunt, sana, fidelique
doctrina instituendis, debitis in Domino
Laudibus commendantes Tabernaculum
tuam ad hęc, et similia Laboralis solici-
tudinę munera constantę exerceant, et in
custodię tibi credito perseuerandum uehe-
mentę hortamur: nihil enim nobis gratius
accidere potest, quam cum intelligimus, tuo,
et ceterorumque Fratrum Coepiscoporum nostro-
rum Labore, et uigilantię, nouos quotidia-
rum Animarum fructus in eterna Horrea affer-
ri, nouosque Ecclesię, catholice, palmiteę
crescere; Quorum quidem tuorum Laborem
quamuis amplissimum et bene Beatitudi-
nis premium in celo tibi repositum sit,
illud, quod etiam omnibus bonis, fidelibus-
que Omnipotentis Dei Ministris paratum
est, tamen nos ipsi quoque suis honestis
desiderijs satisfacere, tibi quoque quęcum-
que cum Domino poterimus fraternas
nobis, beneuolentię, atque bonis offi-
cijs prestare parati sumus; Quia uero
ex charissimi nostri in Christo filij
Portugallię Regis litteris intelligimus

Fratres quodque S. Dominici, et S. Ioseph
sui, similiberque Joovitas in eadem In-
delium Conversione, pro sua parte sedulo
Laborare. Idcirco Paternitatem tuam
illis Benedictionem nostram impertiri,
simulque eis significare volumus, hos,
quos pro Animarum salute, Divinaque
gloria labores suscipiunt, preterquam
quod copiosam in celo mercedem sunt ha-
bituri, nobis quoque gratissimos esse. Quo-
autem ad ipsum Concilij tui Provincialis
librum ad nos missum pertinet, nos eum Con-
gregationi Fratrum nostrorum Sancti Rom-
ne Ecclesie Cardinalium, quos eiusmodi
Conciliorum examini proposuimus, legendi
legimus, ut si quid in eo corrigendum sit,
diligenter considerent. Quod cum illi fecer-
int, tum Paternitatem tuam de omni-
bus rebus certiorum fieri curabimus. Omni-
potens Deus Deo, venerabilis in Christo Pa-
ter, pro nobis orantem custodiat. Datum
Romae, apud Sanctum Petrum sub Annulo
Piscatoris die 5^{mo} Januarij 1570. Pontificatus
nostri Anno quarto.

1505

Sec. Oriente - M. 1 - Doc. 2 - Extrato de uma lista
da eleição da diocese de Meliapor, a res-
peito dos 4 ecel. que deviam consti-
tuir a Curia, além do Cabido

1608

Sec. Oriente - M. 1 - Ave. 2 - Extrato de uma lista
da reunião da Diocese de Meliapor, a res-
peito dos 4 eccl. que deviam consti-
tuir a Curia, além do Cabido

